Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.

Wien, 1800 Seite 1553

Quelle:
Copyright:

cunt quod eſt Gignaſii. Repone *Gennadii*, et recte. Initium: *Credimus vnum eſſe deum patrem* &c. Ut in *Append.* T. VIII. edit. *cit. col.* 75. Ad calcem: *Explicit diffinicio Eccleſiarum.*

VI. *fol.* 197. p. 2. *Incipit expoſicio ſymboli Aurelij Auguſtini epiſcopi catholici.* Alias inſcriptus Liber *de Fide et Symbolo* incipit: *Quoniam ſcriptum eſt et apoſtolice diſcipline* &c. Ut edit. *cit.* T. VI. *col.* 151.

VII. *fol.* 204. *Incipit liber ſancti Auguſtini ad Petrum Dyaconum de fide.* Initium: *Epiſtolam fili Petre tue caritatis accepi* &c. Eſt *Fulgentii Ruſp.* et legitur T. VI. *append. col.* 19.

VIII. *fol.* 220. p. 2. *Incipit alia expoſitio ſymboli ſecundum Auguſtinum epiſcopum.* Ita: *Queſo uos fratres kariſſimi ut nobis reſerantibus* &c. Rejectus Sermo in *append.* T. V. *col.* 397. ubi eſt *n.* 242. ſextus de *Symbolo.*

IX. *fol.* 221. p. 2. *Omelia ſancti Auguſtini de ſymbolo et deitate et omnipotentia patris.* Incipit: *Oſtendimus fratres dilectiſſimi vt veſtra certe dilectio* &c. Eodem rejectus *col.* 390. Primus de *Symbolo* Sermo.

X. *fol.* 222. p. 2. *Incipit Auguſtinus de incarnatione domini in natale domini et ſaluatoris.* Initium: *Hodie enim fratres dilectiſſimi celebramus dominice natiuitatis diem* &c. Pariter eodem rejectus ad *col.* 216. in *Nat. Dom.* Sermo ſecundus.

XI. *fol.* 223. p. 2. *Incipit exhortacio ſancti Ambroſij epiſcopi ad neophitos de ſymbolo.* Supra paginam etiam *Auguſtinum* ſemel ſcripſit Librarius. Apud neutrum ſimile quid reperi. Exorditur: *Gracia uobis et pax a deo patre et filio et ſpiritu ſancto adſiſtat et habundet benedicti domino. qui uocat uos in ſuum regnum et gloriam. quoniam apud ipſum et ipſe fons vite eſt* &c. Recitat dein Symbolum Apoſtolorum, exponitque praecipue contra *Arium* et *Sabellicum* usque ad *Crucifixus* cetera deinceps obiter percurrens, dum finiat: *a gratia baptiſmatis expiatos coheredes ſibi in regni celeſtis gloria preparet cum* (cui?) *gloria in ſecula ſeculorum Amen.* Ignoro Autorem, quem ſatis antiquum eſſe oportet.

XII. *fol.* 226. *Incipit liber ſancti Auguſtini ad timaſium et Jacobum de Natura et Gratia.* Sic: *Librum quem miſiſtis kariſſimi fratres Timaſi et Jacobe intermiſſis paululum* &c. Extat edit. *ſupracit.* T. X. *col.* 127.

XIII. *fol.* 247. *Incipit liber Aurelij Auguſtini ad valentinum de gratia et libero arbitrio.* Initium: *Propter eos qui hominis liberum arbitrium ſic predicant* &c. Extat eodem T. *col.* 717.

XIV. *fol.* 262. p. 2. *Clauſtrum Anime cum diſpoſicione officiorum et officialium ſuorum ſecundum quod diſponi ſolet et ordinari clauſtrum materiale.* Init: *Abbas huius clauſtri eſt iugis meditacio diuine preſencie.* &c. Ad calcem recentior manus: *Iſte liber non eſt Hugonis.* Nempe *Victorini.* Novimus et nos. Verum dum aſceticam hanc